



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 70. Cardinalis de Flisco fata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

§. LXX.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1524.*Cardinalis de Flisco fata.*

Alter erat Nicolaus de Flisco, qui se- *Ciacon. l. 6.*  
 quenti Mense Junio die decima vi- *p. 204.*  
 vis eruptus est. Is erat Franci de Flisco *Foglieta in  
Lavanniæ Comitis frater, ac præfuit in  
Galliis Tolonensi, & Foro-Julieni Eccle-  
siae, necnon Ebredunensi Archiepisco-  
patui, quamvis ad eandem Sedem Clau-  
dius de Arces Canonicorum suffragiis  
electus fuisset. Obtinuit præterea in Ita-  
lia Ravennatis Archiepiscopatum, su-  
umque Nepotem Urbinum de Flisco sibi  
Successorem nominavit, qui tamen præ-  
matura morte Patruum suum præcessit.  
Hujus Cardinalis probitatem plurimum  
commendant Scriptores, eamque is cre-  
bro specimine testatam fecit, præcipue ubi  
constantí animo sese Alexandro VI. op-  
pofuerat, qui Tifernensem Episcopum,  
licet innocentem, sede sua movere mo-  
liebatur. Præterea Apostolica prorsus  
libertate Julium II. ad bella nimis pro-  
pensum redarguebat. Post hæc cum A-  
drianus VI. quosdam alios a secretiori  
consilio haberet, quibuscum negotia de-  
cidebat, Nicolaus eundem admonere  
haud dubitabat, ut deinceps pro Præ-  
decessorum suorum more sacrum Colle-  
gium ad consilium vocaret, nec priva-  
tim*

**Sæcul XVI** tim decerneret, quæ Christianæ Rei-  
**A.C. 1524.** publicæ minus proficia essent. Obeun-  
 te hoc Pontifice magna suffragiorum  
 pars in illum inclinabat, multique ei-  
 dem auctores erant, ut eos, qui ejus  
 electioni obfisterent, largitionibus ad se  
 attraheret, quinimo ea de caussa ab e-  
 jus propinquis ingentem pecuniæ sum-  
 mam fuisse collectam referunt nonnulli.  
 Ast ille adeo nefaria suadentes indigna-  
 bundus a se repulit, rem Viro summæ  
 integritatis ac virtutis studiofissimo in-  
 dignam detestatus.

## §. LXXI.

*Cornarii Cardinalis extrema.*

**Ciaton. l. c.** Eadem die decima Julii, eodemque an-  
**p. 200.** no mortuus est Marcus Cornarius,  
**Petr Justin.** seu Cornelius itidem Cardinalis, filius  
**in hist. Ve-** net. Georgii, qui fuit frater Catharinæ Cy-  
**Andr. Viñi.** pri Reginæ, ac Marci Cornarii Veneto-  
**Bembo in ep.** rum Ducis Nepos. Is ex Protonotario  
**Pauvin. de** Apostolico mox Cardinalis Diaconus,  
**Rom. Pontif.** primo S. Mariæ in Porticu, dein S. Ma-  
**Aubery l. c.** riæ in via Lata, demum Presbyter Car-  
 dinalis tit. S. Marci, ac Basilicæ Vati-  
 canæ Archipresbyter renunciatus fuit.  
 Præclara Venetorum Reipublicæ præsti-  
 tit obsequia, eamque in Julii Papæ gra-  
 tiam reduxit. Leo X. perspectis viri me-  
 ritis eundem Patavinum, ac postea Ve-  
 ronen-